

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Capvt. VI

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

DE ARCHITEC. LIB. VIII. 199

Quare magna diligentia industriaq; querendi sunt & eligendi fontes, ad humane uitae salubritatem.

DE A Q V A R V M . E X P E R I M E N T I S .
C A P V T . V .

EXPERTIONES autem & probationes eorum sic sunt prouide
nda. Si erunt profluente& aperte, antequam duci incipientur,
aspiciantur, animoq; aduentatur, qua membratura sint qui circa eos fontes
habitant homines. Et si erunt corporibus ualentibus, coloribus nitte
dis, cruribus non uitiosis, non lippis oculis, erunt probatissimi. Itē si fons
nouus fuerit fossus, & in uas Corinthium, sive alterius generis, quo d erit
exere bono, ea aqua sparsa, maculam non fecerit, optima erit. Itemq; in
atheno si ea aqua deferuerit, & postea requieta & defusa fuerit, neque
in eius aheni fundo arena, aut limus inuenietur, ea aqua erit item probata.
Item si legumina in uas cum ea aqua coniecta ad ignem posita, cele
riter percocta fuerint, indicabunt eam aquam esse bonam & salubrem.
Non etiam minus ipsa aqua, quæ erit in fonte, si fuerit limpida & per
lucida, & quocunq; peruererit aut perfluxerit, si muscus non nasceretur,
neq; iuncus neq; inquinatus ab aliquo inquinamento: is locus fuerit, sed pu
ram habuerit speciem, innuetur his signis, esse tenuis & in summa salu
britate.

DE PERDVCTIONIBVS ET LIBRATIO
nibus aquarum, & instrumentis ad hunc usum.
C A P V T . V I .

N VNC de perduktionibus ad habitationes moeniaq;, ut fieri oportet
explicabo, cuius ratio est prima perlibratio. Libratur autem
dioptris, aut libris aquarijs, aut chorobate: sed diligentius efficitur per
chorobatm, quod dioptræ libræq; fallunt. Chorobates autem est regula
longa circiter pedū .xx . ea habet ancones in capitibus extremis æquali
modo perfectos, inq; regulæ capitibus ad normam coagmentatos, & in
ter regulæ & ancones à cardinibus compacta transuersaria, quæ habent

BB 3 lineas

oppidinu
q; id solum
efficit. Id
rem uirtu
filius, cuius
militauit. Is
philologia
uirtutibus
rearentur,
marinos ca
ut qui nasce
non inueni
buta, quod
ulta genera
rum. Ergo
porum, non
succorum re
s tincta per
ficiuntur in
regionum
n rebus sunt
ipta inueni,
s, Peſidoni
uigilante,
inclinatione
uerunt: quo
aui de aqua
mines aqua
q; perdu
um necessita
frumenti fru
i qualibet ex
qua uero, nec
nec parari
Quare

lineas ad perpendiculum recte descriptas, pendentiaq; ex regula perpendiculari in singulis partibus singula, quæ cum regula fuerit collocata eaque tangent eaque ac pariter lineas descriptionis, indicabunt librata m colloca tionem. Si autem uentus interpellauerit, & motionibus lineæ non potuerint certam significationem facere, tunc habeat in superior e parte cana lem longum pedes quinq; latum digitum, altum sesquidigitum, eoq; aqua infundatur, & si æqualiter aqua canalis summa libra tanget, scietur esse libratum. Ita eo chorobate cum perlibratum ita fuerit, scietur quantum habuerit fastigij. Fortasse qui Archimedis libros legit, dicet nō posse fieri ueram ex aqua librationem, quod ei placet aquam non esse libratum, sed spheroides habere schema, & ibi habere centrum, quo loci habet orbitas terrarum. Hoc autem (sive plana est aqua, seu spheroides) necesse est, extrema capita canalis regulæ pariter sustinere aquam. Si autem proclinatus erit ex una parte, que erit altior non habebit regulæ canalis in summis labris aquam. Necesse enim est quocunq; aqua sit infusa, in me dio inflationem curuatur amiq; habere, sed capita dextra ac sinistra inter se librata esse. Exemplar autem chorobatis, erit in extremo uolumine de scriptum. Et si erit fastigium magnum, facilitor erit decursus aquæ. Si autem interualla erunt lacunosa, subtractionibus erit succurrendum.

QVOT MODIS DVCANTVR A QVAE.
CAPVT VII.

DVCTVS autem aquæ fiunt generibus tribus, riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fistilibus, quoru[m] et rationes sunt. Si canalibus, ut structura fiat quam solidissima, solumq; riui libramenta habeat fastigiata ne minus in centenos pedes semipede eaque structuræ confornicentur, ut minime sol aquam tangat.

Cung; uenerit ad moenia, efficiatur castellum, & castello coniunctum ad recipiendum aquam triplex immissarium, collocenturq; in castello tres fistulae æqualiter diuisæ intra receptacula coniuncta, uti cum abundaverit ab extremis in medium receptaculum redundet. Ita in medio ponentur fistulae in omnes lacus & salientes. Ex altero in balneas, ut uectigal quo annis populo præstent; ex quibus tertio in domos priuatas, ita, ne deficit in publico,